



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Præfatio Brevis Ad Lectorem De Serie Coloniensium Episcoporum Et
Archiepiscoporum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

PRÆFATIO BREVIS
AD LECTOREM
DE
SERIE COLONIENSIVM
EPISCOPORUM
ET
ARCHIEPISCOPORUM.

Diu desiderantem, diu quærentem, & anhelantem ad
Coloniensium Episcoporum & Archiepiscoporum
paulò copiosiore Seriem cognoscendam, desti-
tuit ad eam habendi copia, ut præter eorundem nomi-
na, & gesta paucissima, aliud ipsa Colonia non miserit,
etsi rogata multùm. Quare deliberavi mecum, an fatiùs
non sit Seriem hanc penitus omittere, quàm nuda tantùm
Archiepiscoporum nomina in Serie exprimere. Tan-
dem ea præponderavit sententia, quæ suasit, ut unà cum
paucis facinoribus scriberentur præclara Archiepisco-
porum nomina, datura, uti spes est, Coloniae Historicis
ansam scribendi plura de domesticis, & rebus, & rerum
Dominis. Æqui igitur bonique consule, Lector Bene-
vole, hanc præsentem in Coloniensi Serie paucitatem, cui
si ipse augmentum dare velis, laudabunt te mecum Le-
ctores multi.